BIBLIOTECA HISTORICA ITALICA

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBUS RERVM LANGOBARDORVM MEDII AC RECENTIORIS ÆVI

SERIES ALTERA

VOLUMEN QUINTUM

GLI ATTI PRIVATI MILANESI E COMASCHI DEL SEC. XI

A CURA DI C. MANARESI E C. SANTORO

VOL. III (a. 1051-1074)

MEDIOLANUM

MCMLXV

GLI ATTI PRIVATI MILANESI E COMASCHI DEL SEC. XI

A CURA

DI C. MANARESI E C. SANTORO

VOL. III

(a. 1051-1074)

MILANO

CASTELLO SFORZESCO

MCMLXV

VARESE

4

504.

1069 marzo 26, Venegono.

Rodolfo conte, figlio del fu Rodolfo pure conte di Castelseprio, e Imelda sua moglie, del fu Vuifredo della città di Milano, di legge Salica, vendono a Pietro sarto del fu Tedaldo del luogo di Varese una vigna e un campo in Schianno.

Originale, con correzioni ed errori, in Archivio di Stato in Milano, *Museo diplomatico*, n. 787 (*A*).

Ed.: E. Riboldi, *I contadi rurali nel Milanese*, in *Arch. Stor. Lomb.*, 1904, p. 285.

(S N) Anno ab incarnacione domini nostri Iesu Christi millexìmo sesagexìmo nono, septimo calendas aprilis, / indicione septima. Constat nos Rodulfus comes filius quondam item Rodulfi itemque comes de loco Castro Seprio [a] [1] et Imelda / iugalibus filia quondam Vuifredi de loco civitate Mediolanensis, qui profesi sumus lege vivere Salikam, ipse / Rodulfus comes maritus meus, mihi qui supra Imelde consenciente et subter confirmantes, accepisemus, sicuti et in / presencia testium manifesti sumus [b] qui acepimus ad te Petrus sartor filius quondam Tedaldi de loco Varese argen/tum denarios bonos solidos viginti et novem et denarii quatuor, finitum precium pro vinea cum campo in simul tenente cum are/a in qua estad pecia una iuris nostris, quam abere vixi sumus in loco et fundo Sclanno [2], iacet ad locus ubi dicitur a Terza/ga; coeret ei da mane in heredes quondam Arderici, da meridie sancti Marini, da sera Ribaldi; et est area ex ipsa vinea cum ipso cam/po insimul per mensura iusta tabulas treginta et quinque. Que autem suprascripta vinea cum predicto campo insimul tenente, qualiter / superius legitur, cum superiore et inferiore seu cum fine et accessione suam in integrum hab ac die tibi qui supra Petri pro suprascripto argento vendimus, tra/dimus, mancipamus et faciamus nos iugalibus tibi predicti Petri ex ipsa vinea cum predicto campo per cultellum, vuantonem et / vuasonem terre et frondas arborum seu festucum nodatum legitimam facimus tradicionem corporare vestituram ad / tuam proprietatem abendum et tenendum et nos presentem relinquendum te vero intromitimus et investitus relinquimus, / nos exinde foris et spoliti vuarpivimus, et ad tuam proprietatem abendum relinquimus faciendum exinde tu et cui tu dede/ritis vestrisque iure proprietario nominem quiquit volueritis sine homni nostra et heredum ac proheredum nostrorum contradicionem vel repeti/cionem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipsis Rodulfus comes et Inmelda iugalibus aut ullus de heredibus ac pro/heredibus nostris seu quislibet nostra opoxita persona quandoque contra anc cartulam vindicionis ire aut ea infrangere cognaveri/mus, inferamus tibi qui supra Petri tuisque heredibus seu cui vos dederitis componere [c] multa quod est pena auro optimo uncias / una et argenti ponderas duas et quod repetierimus et vindicare non valeamus, set presens ac cartulam vindicionis, dioturnis temporibus / firmam et inconvulsa [d] permanead cum stipulacionem subnixa. Et ad nos quem supra Rodulfus comes et Imelda iugalibus nostrorum here/dum ac proheredum tibi qui supra Petri tuisque heredibus seu cui vos dederitis suprascripta vendicta, qualiter superius legitur, in integrum hab omni homine defen/sare. Quit si defendere non potuerimus, aut si contr(a) ac cartula vindicionis agere aut causare presumserimus, tunc in dublum vobis suprascripta vendicta, qualiter superius legitur, restituamus, sicut pro tempore meliorata fuerit aut valuerit sub estimacione in consimile loco. Quia sic inter no/bis convenit et pergamina cum atrementario de terra levavimus nos corum supra iugalibus Rodulfi notarius dedimus et scribere / rogavimus, in quam subter confirmans testibusque optulit robolandam. Actum loco Vennegonno [1] prope soco in baca [e] de supra.

Signum † † manibus suprascriptorum Rodulfi comes et Imelda iugalibus, qui a(c) cartula vindicionis ut supra fieri rogaverunt, ipse Rodulfus maritus meus eidem Imel/de conius sua, qui ei in omnia ut supra consensi et eorum relecta est.

[a] de - Castro Seprio *nell'interlinea.* [b] *Manca* su *in A.*

[1] Castelseprio. [2] Schianno in pieve di Varese.

[c] coponere *in A.* [d] in *nell'interlinea.* [e] *o* nibaca?

[1] Venegono.

Signum † † † manibus Petri et Iohanni seu Martinoni, istis viventes lege Saliham, testes.

Signum † † † † † † manibus Vualderici et Girardi seu Alberici adque Otoni et Miloni sive Vuiberti, testes.

(S N) Ego qui supra [e] Rodulfus notarius sacri palaci scripsi, pos(t) tradita complevi et dedi.

505.

1069 marzo, Milano.

Pietro del fu Arnaldo della città di Milano, di legge Longobarda, vende ad Adelberto prete, dell'ordine dei decumani della chiesa Milanese, officiale della chiesa di s. Lorenzo, figlio del fu Giovanni un campo e un prato situati nel luogo di Quinto Stampi.

Originale in Archivio di Stato in Milano, *Museo diplomatico*, n. 788 (*A*).

(S N) Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo sexagesimo nono, mense martii, indicione septima. Constat / me Petrus filius quondam Arnaldi de civitate Mediolanum, qui professus sum lege vivere Langobardorum, accepissem, sicuti et in / presentia testium manifestus sum qui accepi ad te Adelbertus presbiter de ordine decomanorum sanctę Mediolanensis ęcclesię, offitialis ęcclesię / sancti Laurentii, que edificata foris prope iam dictam civitatem, et filius quondam Iohanni, argentum denarios bonos libras decem finitum / pretium pro campo pecia una et prato et busco, que est stellarea cum area eius insimul tenente pecia una rebus iuris / mei, quibus abere visus sum in loco et fundo Quinto [1]. Suprascripto campo dicitur Clauso de Quinto; coeret ei a mane via, a meridie et sera de / heredibus quondam Marini, et est campum ipsum per mensuram iustam perticas iugiales quattuor. Predicto prato et busco dicitur Cre/dariolo; est ei a mane et sera sancti Ambrosii,

[e] qui supra *nell'interlinea*.

[1] Quinto Stampi.

a meridie sancti Dionixii, a monte ipsius sancti Ambrosii; et est ipso prato una cum / area de suprascripta stellarea per mensuram iustam perticas iugiales octo. Et si amplius de meo iure infra ipses coeren/ties invente fuerint quam ut supra mensuram legitur, per hac cartulam et per eodem pretium in presentem manead venditio. Quas autem / res omnes superius dictas cum superioribus et inferioribus seu cum finibus et accessionibus suarum in integrum ab hac die tibi qui supra / Adelberti presbitero per hanc cartulam et pro suprascripto pretio vendo, trado et mancipo et fatias exinde a presenti die tu et cui / tu dederis vestrisque heredibus vel abere statueris iure proprietario nomine quicquit volueritis sine omni mea et heredum meorum / contradicione. Quidem et spondeo atque promitto me ego qui supra Petrus una cum meis heredibus tibi qui supra Adelberti presbitero et / cui tu dederis vel abere statueris vestrisque heredibus suprascriptis rebus territoriis, qualiter superius legitur, in integrum ab omni homine / defensare. Quod si defendere non potuerimus, aut si contra hanc cartulam venditionis per quodvis ingenium agere aut causare pre/sumpserimus, in dublum vobis suprascriptis rebus restituamus, sicut pro tempore melioratis fuerint aut valuerint / sub estimatione in eodem loco. Quia sic inter nos convenit. Actum suprascripta civitate Mediolanum.

Signum † manus suprascripti Petri, qui hanc cartulam vendicionis ut supra fieri rogavit.

Signum † † † † † † manuum Attoni et Petri et Iohanni atque Ingezoni et Vuilielmi / et Lanfranci et item Iohanni de predicta civitate, testes.

(S N) Arioaldus notarius sacri palatii scripsi, post traditam complevi et dedi.

506.

1069 marzo, Barza.

Guido prete, del fu Lanfranco del luogo di Ispra, di legge Romana, vende a Dagiberto prete del fu Attone, a mezzo del suo messo Nazaro, una piccola pezza di terra situata nel luogo di Comabbio.